

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Satisfactio d
cum fonte primo

Oratione propiciatio Dei queritur,
ieiunio concupiscencia carnis
extinguitur, elymosinis peccata
redimuntur, simulque per
omnia Dei ymago in nobis renouatur.

Leo papa in sermone de ieiunio.

Oratione enim propitiatio Dei quaeritur,
ieiunio concupiscentia carnis
extinguitur, elemosinis peccata
redimuntur (cf. Dan. 4:24), simulque per
omnia Dei in nobis imago renouatur,
si et in laudem eius semper parati et ad
purificationem nostram sine cessatione
solliciti et ad sustentationem proximi
indesinenter simus intenti.

Leo Magnus, *Tractatus septem et
nonaginta*, 12, 4 (CCSL 138, A.
Chavasse ed., p.53, ll.104-109).